



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 19. Selimi cum valida classe expeditionem in Italiam parans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

dies, noctesque pertinaci dimicantium Sæc. XVI.
 studio protractum, donec tandem penes A.C. 1514.
 Selimum victoriæ summa staret. Nec
 multo post Mameluci prælium restauran-
 tes rursum cædebantur, in quo Tomum-
 bejus capitulatur, ac strangulatus ad quam-
 dam Cairi portam, quam Selimus occu-
 paverat, suspenditur, demum tota urbs
 militum deprædationi integro triduo ex-
 ponitur. Ultimo tandem Selimus Ale-
 xandriam, Pelusium, Tripolim, ceterasque
 Ægypti urbes expugnavit, easque in unam
 Provinciam rededit.

§. XIX.

*Selimus cum valida classe expeditionem
 in Italiam parans.*

Selimus tam secundo armorum successu Marian.
 inflatus, centum quinquaginta trire-
 mium classem paravit, hoc unum desti-
 natum habens, prout ipse promulgari jus-
 serat, ut omnes vires suas in Europam ann. n. 7.
 effunderet, totoque impetu in Italiam ir-
 rueret. Papa hoc nuncio vehementer
 territus, cum Cæsarem, Venetosque in-
 domitam Turcarum vim repellendo im-
 pares intelligeret, ad utrumque speciatim
 Oratores ablegavit, quos inter illi, qui ad
 Rempublicam mittebantur, Venetis hæc
 exponebant: Vos minime latet, quod
 Turcis Italiam invadentibus, totus Chri-

C 2 stianus

Sæcul. XVI. stianus Orbis in discrimen adducatur, ut
A. C. 1514 ergo sævi furentesque infidelium ausus
præveniantur, Religionis Christianæ, sta-
tusque publici salus exposcit. Nihilomi-
nus Veneti, cum de concordia pactis
cum Cæsare convenire non possent, nil
certi hac super re statuebant.

§. XX.

*Papa Cæsarem, Venetosque ad Tur-
carum bellum frustra ad-
hortatus.*

Petr. de An- Nec Papæ legatis ad Cæsarem missis
gler. ep. 540. felicior adspirabat eventus; hi enim
543. incassum eidem exponebant, quod ipse
Raynal. ann. effet tempore totius Christianæ Reipu-
1513. n. 100. b'icæ caput, ac proin ejus nomen apud
109. & ann hoc n. 37. totam retro posteritatem odio foret, si ea,
43. & seq. **Paul. Jov.** quæ Turcæ per ducentos propemodum
hist. 1. 4. anni Christianis eripuerunt, recuperan-
di occasionem negligere vellet, præcipue,
cum Mammeluci, Persæque potius in-
vasi, quam penitus extinæti essent, &
Selimus probe nossent, hostes suos nonni-
si per obfirmatam violentiam debellari
posse, atque ea ex ratione selectiores to-
tius exercitus copias, quæ ipsius in Eu-
ropa ditiones tuebantur, in eos duxisset,
subrogatis nonnisi exiguis, iisque rudi-
bus adhuc ad bella tyronibus. Cæsar
his rationibus parum moveri videbatur,

ne